

desconocidas antes, y fué preciso que el concilio Lugdunense II celebrado en tiempo de Gregorio X renovase la prohibicion y anulase las fundaciones hechas desde el citado concilio Lateranense sin el consentimiento de la Silla apostólica, dejando á su arbitrio las que habian de conservarse por causas piadosas, é imponiendo pena de excomunion á los contraventores (1). Desde entonces se reservó á la Santa Sede la

»institutionem accipiat de religionibus approbatis. Illud etiam  
»prohibemus, ne quis in diversis monasteriis locum monachi ha-  
»bere præsumat, nec unus Abbas pluribus monasteriis præsidere.»

(1) Las cláusulas principales á este objeto del cánón 23 del concilio Lugdunense, que es el cap. único *de Religiosos domibus*, del Sexto de Decretales, son las siguientes:

«Sed quia non solum importuna petentium inhiatio, illarum  
»postmodum multiplicationem extorsit, verum etiam aliquorum  
»præsumptuosa temeritas, diversorum ordinum præcipue men-  
»dicatum, quorum nondum approbationis meruere principium,  
»effrenatam quasi multitudinem adinvenit: repetita constitutione  
»districtius inhibentes, ne aliquis de cætero novum ordinem aut  
»religionem adinveniat, vel habitum novæ religionis assumat.  
»Cunctas affatim religiones et ordines mendicantes post dictum  
»concilium adinventos (habla del Lateranense, cuyo cánón 43.º  
»referente á esta materia copiamos en la cita anterior) *qui nullam*  
»*confirmationem Sedis Apostolicæ meruerunt* perpetuæ prohibi-  
»tioni subjicimus et quatenus processerant, revocamus. Confir-  
»mados autem per sedem eandem, post tamem idem concilium  
»institutos, quibus ad congruam sustentationem, redditus aut  
»possessiones habere, professio sive regula vel constitutiones quæ-  
»libet interdicit, sed per quæstum públicum tribuere victum  
»solet incerta mendicitas, modo subsistere decernimus infra-  
»scripto, ut professoribus eorundem ordinum ita liceat in illis  
»remanere, si velint, quod nullum deinceps ad eorum professio-  
»nem admittant, nec de novo domum, aut aliquem locum adqui-  
»rant, nec domos seu loca quæ habent alienare valeant, sine sedis  
»ejusdem speciali licentia. Nos enim, ea dispositioni Sedis Apos-  
»tolicæ reservamus in terræ sanctæ subsidium, vel pauperum, aut  
»alios pios usus, per locorum ordinarios vel eos quibus sedes ipsa  
»commiserit, convertenda. Si vero secus præsumptum fuerit, nec  
»personarum receptio, nec domorum vel locorum adquisitio, aut  
»ipsorum cæterorumque bonorum alienatio valeat, *et nihilomi-*  
»*nus contrarium facientes, sententiam excommunicationis incur-*  
»*rant.*»